Durantis, Guilelmus: Rationale divinorum officiorum
Straßburg: [Johann Prüss], 1486 Seite 494



¶ De sanctis petro & paulo. ¶ De maria magdalena. ¶ De festo septē fratrum. ¶ De sancto iacobo apl'o. ¶ De septē dormiētibus. ¶ Ad vincula sci petri. ¶ De machabeis. ¶ De inuētiōe sancti stephāi. ¶ De trāsfiguratiōe dñi. ¶ De scō laurentio. ¶ De assumptiōe beate marie. ¶ De scō bartholomeo. ¶ De decollatione sancti iohannis. ¶ De sanctis felice & audacto. ¶ De natiuitate beate marie. ¶ De exaltatiōe scē crucis. ¶ De scō mattheo apl'o. ¶ De sanctis mauricio & socijs suis. ¶ De btō luca. ¶ De simone & iuda. ¶ De festo oīm scōꝝ. ¶ De officio mortuoꝝ. ¶ De sanctis q̄ttuor coronatis. ¶ De sancto martino. ¶ De scō andrea. ¶ De sancto nicolao. ¶ De venerabili beda p̄sbytero. ¶ De scō thoma apl'o. ¶ De festis scōꝝ stephani: iohānis euāgeliste & innocentū. ¶ De apl'is. ¶ De euāgelistis. ¶ De martyribus. ¶ De confessoribus. ¶ De virginibus. ¶ De officio festi dedicationis ecclesie.

¶ De sanctis fabiano & sebastiano. ¶

In festo beatorum fabiani & sebastiani duplex collecta in q̄busdā ecclesijs in missa d̄r: & insolito more vtraqz vno p dñm nostruz terminat̄. Tum qr ipō vnico dei filio iesu christo mediante ambo ad palmā martyrij peruenerunt. Tum etiā qr licet diuersis passi fuerint tempibus: eccl'ia tñ ꝓpter ingētia vtriusqz merita vtriqz pariter & principaliter solennizat & vtranqz collectā vno eodēqz fine ɔcludit. De sancta agnete. ¶

Festum beate agnetis caret octauis. s. institutiōis habet tñ octauā alterius negocij significatiōis vt iā dictuz est in ꝓhemio. Qđ ḡ d̄r in kalēdario agnetis scđo: nō d̄r ꝓpter hoc ꝙ illud sit festū octauaꝝ eiusdē nec ī eccl'ia ꝓnūciatur nec ī kalēdario scribit̄ octaua: sed ē alia solēnitas de eadē repetita: ꝓpt̄ miraculū q̄dā qđ octaua die post ei⁹ obituz cōtigit ad tumuluz illius parētibus suis plorātibus. Intelligit̄ ḡ agnetis scđo. s. festo. Vñ melius diceret̄ scđo agnetis. De h̄ etiaz dictum est sub q̄rta pte sub simbolo. Quia deo p̄fecti filius eam adamauit: iō recte in eius festo cātat̄ introitus. Me expectauerūt pctōres &c.

De conuersione sancti pauli.

Conuersio beati pauli apl'i facta est eodē āno q̄ christus passus ē & stephanus lapidatus. āno q̄dez nō naturali sz emergēti. Nā christ⁹ passus est octauo kalēdas april: stephan⁹ eodē āno tertio die augusti lapidat⁹ ē. Paulus deo. viij kal. februarij ɔūsus est. Eius aūt ɔūsio poti⁹ q̄z alioꝝ scōꝝ celebrat̄ triplici rōne. Primo ꝓpter exempluz: ne quisqz quātūcunqz pctōr desperet de venia: qñ tm̄ in culpa ɔspicit postmodū talē fuisse in grā. Secūdo ꝓpter gaudiū: sicut enim eccl'ia magnū habuit tristiciā ī eius ꝑsecutione ita maximā habuit leticiā de eius ɔūsione. Tertio ꝓpter miraculum qđ dñs in eo oñdit: dū de seuissimo ꝑsecutore fecit fidelissimū p̄dicatorē. In h̄ festo d̄r epl'a. Saulus adhuc: q̄ est act. ix. Et euāgeliū. Dixit simō petrus ad iesum: qđ est matthei. xix. Dicit̄ & ad horas capl'm. Erat quidā discipulus: actuum ix. capl'o. ¶ De sancto iuliano. ¶

Iulianus iste cuius festū fit. v. kl. februarij. fuit epūs cenomaneñ. q̄ simon ille fuisse d̄r quē dñs a lepra mūdauit & q̄ deū ad cōuiuiū inuitauit. Hic etiā d̄r esse ille iulian⁹ q̄ ab itinerātibus ꝓ inueniēdo bono hospitio īuocat̄ eo ꝙ in domo eius fuit dñs hospitat⁹. Alij dicūt ꝙ ille est q̄ patrē & mr̄em occidit: de q̄ seq̄tur. Fuit q̄z & ali⁹ iulian⁹ de alemāia: q̄ desiderio martyrij se vltro ꝑseq̄ntibus offerebat. Vnđ crispin⁹ ɔsular̄ iussit eū occidi. Qđ ipe iulianus audiens statim foras ꝓsilijt & quereti spōte intrepidus se opponēs ꝓtinus ictū feriēt̄ excepit. Fuit ī sup ali⁹

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-124/0494
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG